



Mani die leryhu 3 Brücke =

(= 44) 1) Sacrobüste, Johannes de

Sphaerionem opus certum.

[Leipzig: bei Walter des Capellans, 1485-1489]

Hain. X 74 295

BMB. III, S. 636.

EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

(= 45) 2) Vegius, Maſſeris (nicht: Vitorius?)

De veritate et philoſophie  
Leipzig: Konrad Kachelofen.

Hain. 24942

Hain X 15929, BMB III S. 632

3. Tibullius Albinus:

Ec. 8

Elegia de amore et lani Eximio Messalae

(= 46) Leipzig: Konrad Kachelofen. nicht nach 44 S. 27

BMB

III

S. 623

11  
C 3817

HISTORIA  
DE NAVICVLA  
CHRISTI, QVAE DESCRIBITUR

Matthæi 8. reddita Carmine  
Elegiaco, &

DEDICATA INTEGERRIMO VIRO,  
Prudentia & Eruditione præstanti, Domino IOHAN-  
NI LIPOLDO, Civi & Senatori Greuen-  
bergensi, Domino & fautori suo colendo.

AVTORE  
Sebastiano Stibaro Suobacensi.



ANNO M. D. LXVIII.

Ex dono Suisii,  
11 lis Stibari,

LIBRARY OF THE  
UNIVERSITY OF  
SACSEN-ANHALT  
MAGDEBURG  
No. 12345  
1878



# HISTORIA DE NAVI

## CVLA CHRISTI, QVAE

describitur Matthæi cap. 8.

**C**VM nimium premeret Christum pia turba docens  
Crederet vt vasto seq̃ suosq̃ mari: (tem,

Vix ratis à portu discesserat, ecce repente

Intumuit sæuo mobilis aura sono.

Horruit obscura tectum caligine cœlum,

Terribilis medio nox fuit orta die.

Incubuerè salo furiosis flatibus Euri,

Iamq̃ bibit salsas naufraga puppis aquas.

Incessit dubios ingens formido ministros,

Et facies rerum tristis vbiq̃ fuit.

At Christus placido dederat sua lumina somno,

Et nullam vllius spem dabat auxilij.

Quid facerent? timor ipse moram dissuasit, adibant

Clamantes ferò, ne pereamus, opem.

Surge pater, fer opem, fer opem nobisq̃ tibiq̃,

Ne sopor hic magni sit tibi caussa mali.

At Christus placido sustollens lumina vultu

Quid, modicæ fidei, quid timuistis, ait?

Oceaniq̃ graues ventorumq̃ arguit iras,

Cesserunt venti cessit & vnda DEO.

At stupefacta cohors, vndas ventosq̃ domantem

Ornavit merito laudis honore DEVM.

A 2

Allego

ALLEGORIA AD INTE  
GERRIMVM VIRVM, PRVDEN-  
TIA ET ERVDITIONE PRAESTANTEM.

Dominum Iohannem Lipoldum, Ciuem & Sena-  
torem Greuenbergensem, &c.

SEmp̄ & à prima nascentis origine mundi,  
Talis in hoc mundo plebs tua Christe fuit,  
Vt trepidæ sit fas illam componere nauì  
Quæ maris immanes fluctuet inter aquas.  
Huius enim tristes numero comprehendere clades  
Qui volet, is magni computet astra poli.  
Non eget exemplis res obuia, quælibet ætas  
Protulit huic paruo noxia monstra gregi.  
Deteriora tamen nostri fert temporis ordo,  
Dum vires Daemon exerit ipse suas.  
Tu Lipolde mihi, cuius sub nomine paucos  
Edimus hos versus, tu mihi testis eris,  
Tu quoq; vexatus per mille pericula, nosti  
Quam sit in hoc mundo res gravis, esse pium.  
Quas non insidias, quas non excogitat artes  
Vt domui noceat Styx violenta tuæ?  
Non referam diri quoties sis tempore belli  
Multa fero multis passus ab hoste modis.  
Nuper enim multò te fors crudelior egit,  
Quando tuas ignis funditus hausit opes.

Tu ta

Tu tamen infractos animos opponis in omnes  
Fortunæ casus, spe tua damna leuans.  
Dulciâq; in sacro quærens medicamina verbo,  
Irrequieta precum Tartara vincis ope.  
Nec tua te Lipolde fides animosa fefellit,  
Iam spirat velis mitior aura tuis.  
Latanturq; pijs, vis rumpitur infera, mitem  
In tibi tam fractis rebus adesse DEVM.  
Sic venit auxilio rebus DEV S ipse sinistris,  
Humani cum vis deficit auxilij.  
Nunc quoq; dum Latia pepigit cum pellice fœdus  
Dux Erebi, & reliquos egit in arma duces,  
Inq; procellosis Ecclesia fluctuat vndis  
Mersaq; nauifragis tota videtur aquis.  
Terretur ratio tantis humana periclis,  
Et populum hunc curæ non putat esse DEO.  
Miraturq; Papæ prælustria regna, bonisq;  
Florentes populum iudicat esse DEI.  
Nam iustos merito lætis successibus vti  
Affligiq; malos conuenienter ait.  
Successus igitur sequitur, non dogmata vera,  
Quæq; crucem gestant dogmata, falsa putat.  
Stat parte ex alia Latij grex præsidis, orci  
Serua cohors, tonso vertice rafa cohors.  
Hi Christum simulant & bacchanalia viuunt,  
Heu quibus accusant agmina nostra modis.

Armorū caussas fingunt nos esse tubasq̄,  
Et clamant omnes, culpa Luthere tua est,  
Tu turbas, tu bella cies Germanidos ora,  
Quodq̄ fremunt ventis æquora, culpa tua est.  
Vtq̄ olim rapidos venti posuere furores,  
In mare cum Ionas præcipitatus erat:  
Sic nullam fingunt sperari posse quietem,  
Ni pereat veram turba professa fidem.  
Nos vero quibus est melior sententia cordi,  
Pœnarum & causas nouimus, atq̄ modum.  
Scimus in hac vita morbos hæere latentes  
In sanctis, (omni crimine nemo caret)  
Et velut admoto sanantur vulnera ferro,  
Sic medicam poscunt crimina nostra crucem.  
Cladibus hæc animos duris exercet inertes,  
Et nos immemores non sinit esse DEI.  
Exacuitq̄ fidem languentem, afflictâq̄ cogit  
Auxiliatorem quærere corda DEV M.  
Cumq̄ maris summus furor est, & seua Tyrannis  
Supplicia in miseros vltima tentat oues.  
Tunc Deus excusso sua respicit agmina somno,  
Et fusas placida percipit aure preces.  
Et licet accurrant trepidè, nigrante malorum  
Turbine sollicitas impediende preces.  
Non tamen extinguit modicè fumantia lina,  
Sed fracti seruat relliquias calami.

Succur.



Succurrit fidei, occurrit venientibus vltro,  
Et fouet infirmum, mater vt alma, gregem.  
Tunc fugiunt Euri, quamuis Acheronte relicto  
In saeuo Daemon fulminet ipse mari.  
Tunc ratis in tutum deducitur anxia portum,  
Præsentemq; canit nautica turba D. E. V. M.  
Vos igitur gelidus nuper quos perculit horror  
Cum quateret nostram ventus & vnda ratem.  
Ite venite sub hanc, vbi pax vbi vita, carinam,  
Et paruam Christi discite ferre moram.  
Nec rapidis vndis, rapidis nec cedite ventis,  
Nec vanis hominum fidite consilijs.  
Sed Christo totos vos credite, credite & illud  
Perpetuus Christi quod sopor esse nequit.  
Sed tu Christe tuæ spes & fiducia nauis,  
Qui frater dici noster & esse cupis,  
Tu nobis ades & propius res aspice nostras.  
Nam sine te insanis præda feremur aquis.  
Quanto versetur rerum in discrimine cernis,  
Quamq; premat cymbam saeva procella tuam.  
Nam vetus ille Draco, tuus implacabilis hostis,  
Eius in exitium vimq; dolumq; parat.  
Nunc ciet innocua gaudentes cæde Tyrannos,  
Nunc ortum stygio Tybridis amne Lupum,  
Nunc qui pro vero zizania semine spargunt,  
Heu dolor hæc quantum turba dat vna mali?  
Fluctuat

*Fluctuat interea medijs tua Sponsa periclis,  
Ut ratis in tumido fluctuat Oceano.  
Tu vero claudis longo tua lumina somno,  
Et mergi rapidas hanc sinis inter aquas.  
Imò (quid afflicta ferit hæc dubitatio mentes?)  
Mergetur nunquam fluctuet illa licet.  
Da veniam, infirmamq; fidem neu spernito Christe,  
Quantumuis ægra est, est tamen illa fides.  
Excute tu somnum, & fidei succurre labanti,  
Firma fides ut sit, quæ fuit ægra fides.  
Exere tu vires, Pontum tu sterne furentem,  
Tu Sathanam, & sanctis, destrue, quicquid obest.  
Ut multum quassata tuæ scapha parvula Sponsæ,  
Tranquillis tandem tuta feratur aquis.  
Quicquid erit, totus fremat orbis & arbiter orbis,  
Tuta D E O tamen hæc vindice navis erit.*

*F I N I S.*

Fa 1388,  
80

Ink.

*[Faint blue ink scribble]*




Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

**Farbkarte #13** **B.I.G.**

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	-------

HISTORIA  
**AVICVLA**  
 QVAE DESCRIBITUR  
 in 8. reddita Carmine  
 legiaco, &  
 ANTEGERRIMO VIRO,  
 me praestanti, Domino IOHAN-  
 O, Civi & Senatori Greuen-  
 no & fautori suo colendo.



AVTORE  
 Stibaro Suobacensi.

M. D. LXVIII.

5817

Ex dono Danil,  
 11 lis Stibari,

